

Homérica.

Iliad. A 298 Χερσὶ μὲν οὔτοι ἐγώγε μαχέσσομαι εἵνεκα
κούρης

οὔτε σοι οὔτε τιν' ἄλλω, ἐπεὶ μ' ἀφέλεσθέ γε δόντες.

Cum haec dicebantur, Briseis Achilli nondum erepta erat, et
haec causa fuisse videtur, cur Zenodotus praeferret lectionem
ἐπεὶ ῥ' ἐθέλεις ἀφελέσθαι.

Moneo propter Leeuwenium, qui iniuria mero librariorum
errori tribuit hanc scripturam nequaquam ineptam.

A 349 αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
δακρύσας ἐτάρων ἄφαρ ἔζετο, νόσφι λιασθείς.

Ἄφαρ quin depravatam sit non potest dubitari, sed Naberi
coniectura ἄτερ, quam recepit van Leeuwen, eo laborat incom-
modo, quod nusquam apud Homerum ea vox nomini postponitur.
Cf. A 498. Δ 376. E 473. 753. O 292. Φ 50. Ψ 441. β 102.
η 325. τ 147. φ 409. ω 136 et hymn. i. Merc. 285, hymn.
XXIX, 4. — Quare nescio an et aptius et lenius reponamus
ἐτάρων ἄπ' ἄρ' ἔζετο.

ut est φίλων ἄπο πήματα πάσχει α 49. Cf. η 152. θ 411 ὄων
ἄπο κοιμηθῆναι ξ 525, ubi ut h. l. est *seorsum ab*. Similiter
τ 389 ἴζεν ἄπ' ἐσχαρόφιν et ο 517 ἀπὸ τῶν ὑπερωῖω ἰστὸν
ὕφαίνει et alibi. De vocula autem ἄρα semper fere addita *sedendi*
verbo consulantur exempla congesta in Ebelingi lexico Homérico
pag. 163 A sub litt. m.

B 48 Ἡὼς μὲν ῥα θεὰ προσεβήσετε μακρὸν Ὀλυμπον
Ζηνὶ φάος φερέουσα καὶ ἄλλοις' ἀθανάτοισι.

Dissentio a Leeuwenio suspectanti lectionem φερέουσα hic et
Ψ 226. Utrobique valet ἀγγελέουσα. Conferatur v 93

Εἴτ' ἀστήρ ὑπερέσχε φαάντατος, ὅσ τε μάλιστα
ἔρχεται ἀγγέλλων φάος Ἡὼς ἠριγενείης.

ubi fortasse verior est lectio ἀγγελέων, quam commemorat
scholium BL ad X 318. — Pulcherrime autem Dea ascendere
Olympum dicitur *nuntiatūra* Iovὶ atque mortalibus lucem.

Γ 56 ἀλλὰ μάλα Τρῶες ΔΕιδήμονες κτέ.

Felicissima videtur Kaibeli coniectura Αἰδήμονες.

Γ 273 αὐτὰρ ἔπειτα
κῆρυκες Τρώων καὶ Ἀχαιῶν νεῖμαν ἀρίστοις.

Quicumque Homero recentiore Dativi formam abiudicat, substituere debet vocem, quae eandem praebeat sententiam quam ἀρίστοις, quod fecit Nauck proponens ἀγοῖσι. Infeliciter igitur van Leeuwen cogitavit de reponendo ἄπασι. Omnibus enim Troianis et Achivis praecones victimarum capillos distribuisse prorsus est incredibile.

Γ 412 τέττα, σιωπῆ ἦσο κτέ.

Hiatum post pedem secundum fortasse sic licet explicare, ut olim fuisse putemus:

τέττα, σιωπῆ <μ'> ἦσο

ut μ', i. e. μοι, sit Dativus ethicus.

Γ 541 ἄγοι δέ με Πάλλας Ἀθήνη
χειρὸς ἐλοῦσα, ἀτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν.

Annotat van Leeuwen: 'hiatus vix ferendus; neque ἐλοῦσ' αὐτὰρ cum CD scribere licet, quoniam αὐτὰρ — ἀτὰρ priorem syllabam in thesi nunquam habet productam'.

Insolitum sane hiatum nisi forte interpunctio excusata, conici poterit:

χειρὸς ἐλοῦσ' ἀπό τ' ἄρ βελέων με ἐρύκοι ἐρωήν.

Ad tmesin cf. Ω 165. 185, ad dativum E 166.

E 382 sqq. Veneri vulneratae a Diomede haec dicit mater Dione:

τέτταθι, τέκνον ἐμόν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ,
πολλοὶ γὰρ δὴ τλήμεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
ἐξ ἀνδρῶν, χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες.

Deinde secuntur v. 385—404, in quibus Mars, Iuno et Pluto ab Oto et Ephialte et ab Herculo graviter laesi esse narrantur. Fac autem recte Diomedem cum illis (quod certe de Iovis filio Hercule dubitare licet) comparari, procul tamen abest ut in Martem Iovem et Plutonem quadret, quod filiae vulnus respiciens dicit Dione, Χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες. Illi enim *ultra* deos laeserant, non aliis dis instigantibus, ut Minerva instigaverat Diomedem. Contra Mercurius v. 390 dicitur sospitasse Martem, Plutonem v. 401 Laean.

Quae rationes mihi quidem satis graves esse videntur, cur suspicemur hanc verborum πολλοὶ — τιθέντες (383 sq.) illustrationem (385—404) ab alio poeta postmodo insertam esse; qua remota optime sequuntur verba (405):

σοι δ' ἐπὶ τοῦτον ἀνήκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη κτέ.

Cum verbis πολλοὶ — τιθέντες compara Martis vulnerati verba ad Iovem (873):

αἰεὶ τοι βίγιστα θεοὶ τετληότες εἰμέν

ἀλλήλων ἰότητι, χάριν δ' ἀνδρεσσι φέροντες.

quae non magis poetae illustratione mythologica indigere visa sunt quam illa.

Ceterum satis antiquam esse quam indicavi interpolationem vel inde apparet, quod manifeste eam imitatus est *Panyasis* poeta fragm. XVI (ap. Kinkelium, ep. fr.).

Ε 418 αἰ δ' αὐτ' εἰσοράουσαι Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη
κερτομίοισι φέπεσσι Δία Κρονίδην ἐρέθιζόν.

Speciose observat van Leeuwen 'Veneris potius nomen expectaveris'. Re vera enim non ipsum Iovem mordacibus verbis lacescebant, sed quae Iovi dicunt laedunt Venerem. Nec tamen pro Δία Κρονίδην substituere licet Διώνης παῖδ' vel Διὸς κούρην; sanam enim esse volgatam scripturam mihi persuadet v. 421

Ζεῦ πάτερ, ἦ ρά τι μοι κεχλωλώσει, ὅττι κε φείπω;

unde apparet Deas incertas esse utrum Jupiter dilectissimae filiae iniuriam benigne auditorus sit an tanquam sibi illatam repulsurus et ulturus.

Ζ 124 οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχη ἐνὶ κυδιανείρῃ
τὸ πρὶν κτέ.

Leeuwenius 'σε, quo aegre caremus, post μάχη insererat van Herwerden, loco tamen minus commodo'. Non nego; restat igitur ut, si quid mutandum est, coniciamus:

οὐ μὲν γάρ σέ γ' ὄπωπα κτέ.

Plurimos autem inter legendum offendi Homeri locos, qui similiter sive recte sive male carent obiecto pronominali; ex quibus unum et alterum afferre lubet:

Ξ 321 ἐνθ' Ὀδυσῆος ἐγὼ πυθόμην· κείνοσ γὰρ ἔφασκεν

Ξεινίσαι ἠδὲ φιλήσαι ἰόντ' ἐς πατρίδα γαίαν

ubi verius videri potest κείνοN, scil. Ulixem.

σ 218 νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας ἐσσι καὶ ἥβης μέτρον ἰκάνεις,

καὶ κέν τις φαίη γόνον ἔμμεναι ὀλβίου ἀνδρός

ubi possis: καὶ κέ σέ τις φαίη.

φ 282 πειρήσομαι ἢ μοι ἔτ' ἔστιν

ἴς, οἷη πάρος ἔσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν,

ἢ ἤδη μοι ὄλεσεν ἄλη τ' ἀκομιστή τε

ubi vel ob hiatus malis ἢ σ' ἤδη μοι κτέ.

χ 95 Τηλέμαχος δ' ἀπόρουσε, λιπὼν δολιχόσκιον ἔρχος

αὐτοῦ (αὐτόθ'?) ἐν Ἀμφινόμῳ· περὶ γὰρ δὶε μὴ τις
Ἀχαιῶν

ἔργος ἀνελκόμενον δολιχόσκιον ἢ ἐλάσειεν
φασγάνῳ αἶξας ἢ προπρηνέα τύψας.

qui locus similiter admittit correctionem ἢ ς' ἐλάσειεν.

χ 31 ἴσκειν ἕκαστος ἀνὴρ, ἐπεὶ ἦ φάσαν οὐκ ἐθέλοντα
ἄνδρα κατακτεῖναι.

ubi potest primitus fuisse ἄνδρα ς' ἀποκτεῖναι.

Talium igitur versuum, quibus sat multos addere possim olim
tentatos a me et aliis, perfacilis est mutatio, sed alii restant, qui
aut difficiliter in ordinem coguntur aut omnem mutationem perti-
naciter respiciunt. Ex illorum numero est φ 314, ubi Penelope
ἔλπει, αἶ χ' ὁ ξείνος Ὀδυσσεύς μέγα τόξον
ἐντανύση χεροῖν τε βίηφί τε ἦφι πιθήσας
οἴκαδέ μ' ἄξεσθαι κτέ.

ubi nihil lenius excogitare possum quam τόνδ' ἄρα μ' ἄξεσθαι.
Sed quis quaeso mutabit κ 70.

ὣς ἐφάμην μαλακοῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσιν

ubi omissum est pronomen σφέας, prorsus ut ω 303? Cf. σ 415.
υ 323.

Nondum igitur aliquid certi de hoc corrigendi genere, cui
multum indulisit Leeuwenius, pronuntiare ausim, sed futuris
Homeri editoribus auctor sum ut diligenter quotquot huc perti-
neant loci colligentes quid poetae usus revera ei concedat exami-
nent. Nunc ad alia propero.

Z 355 δᾶερ, ἐπεὶ σε μάλιστα πόνος φρένας ἀμφιβέβηκε.

Quia pronomen habet emphasin, te ante omnes, edere
praestiterit ἐπεὶ σὲ μάλιστα.

H 117 εἴπερ ἀδειῆς τ' ἐστὶ καὶ εἰ μόθου ἔστ' ἀκόρητος.

Optimo iure Leeuwenius 'vix sana forma pro ἀδδειῆς'.
Exigua autem mutatione reponi potest ἀτειρής. O 697
φαίης κ' ἀκμήτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν
ἀπτεσθ' ἐν πολέμῳ.

Γ 60 αἰεὶ τοι κραδίη πέλεκυς ὥς ἐστιν ἀτειρής —
ὥς σοὶ ἐνὶ στήθεσιν ἀτάρβητος νόος ἐστίν.

Hercules autem λ 271 audit μένος αἰὲν ἀτειρής.

H 310 καὶ ς' ἦγον προτὶ ςάστῳ, ἀφελπτέοντες σάον εἶναι.

Praecipua huius loci difficultas non est synizesis, nam sive
sic legimus sive ἀελπτέοντες (cf. θηεῦντο v. 444) perinde est, sed
verbi notio, quod vix aliud significare potest quam *desperare*.
Permire autem participium praesens positum est pro praeterito,

ducentes enim ad urbem Aiacem non amplius saluum esse desperabant. Aperte dictum foret:

καί Ϝ' ἦγον προτὶ Ϝάστῳ ἀϜελπέα ἀσπάσιόν τε.

Lenius tamen praeferrem remedium.

Θ 106 Τρώιοι ἵπποι —

οὓς ποτ' ἀπ' Αἰνεΐαν ἐλόμην.

Quia ποτέ constanter usurpatur de tempore longius remoto, Aeneae vero equi nuperrime ademti fuerunt a Diomede, olim proposui τότ', i. e. qua nostis occasione. Quia tamen hic usus Attici familiaris non Homericus esse videtur, nunc praetulerim

οὓς περ ἀπ' Αἰνεΐαν ἐλόμην.

Ι 4 ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τῷ τε Θρηϊκήθεν ἄητον.

Ψ 194 σταῶς ἀπάνευθε πυρῆς δοιοῖσ' ἡράτ' ἀνέμοισιν

Βορέῃ καὶ Ζεφύρῳ.

Leeuwenio si credimus, parum prodest Βορρῆς substituisse. Quia tamen certo certius est, nullum aliud venti nomen subesse posse, neque anapaesto locum esse, aequè certum esse arbitror horum versuum poetas (s. poetam) pronuntiasse Βορρῆς et Βορρῆ, itaque sic rescribere punctum temporis non dubitaverim.

Ι 123

δώδεκα δ' ἵππους

πηγούς ἀθλοφόρους, οἱ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο.

Valde miror eos criticos, quibus hic versus spurius videatur, repercisse simillimo loco Odysseae β 64 sqq.

νεμεσσήθηθε καὶ αὐτοί,

ἄλλους τ' αἰδέσθητε περικτίονας ἀνθρώπους,

οἱ περιναιετάουσι· θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν

ubi tamen salvo metro et salva sententia verba quae diductis litteris significavi abici possent. Consimile quoque est quod legimus Od. α 299 sq.

ἐπεὶ κτάνε πατροφονῆα

Αἴγισθον δολόμητιν, ὃ οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα

ubi nemini auctor sim ut pro spuris habeat verba Αἴγισθον — ἔκτα.

Minime autem contra versus de quo nunc agimus authenticam militat, quae est Leeuweni sententia, forma contracta ἀθλοφόρους, cum praesertim hanc Iliadis partem non antiquissimam esse constat. Saepius enim reperitur alibi eadem contractio, cuius ipse Leeuwenius exempla attulit ad Η 453.

Ι 438 Phoenix ad Achillem:

σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεΐδης

ἤματι τῷ ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνον' ἔπεμπε.

Peleus Phoenicem Achilli non miserat, sed comitem adiunxerat, itaque, ut recte olim observatum est, prior versus mendosus est. Nihil autem eorum quae coniecta sunt cum sufficere videatur, proponere ausim quod sententia postulat:

σοὶ δέ μ' ὄπαζε γέρων κτέ.

I 604 εἰ δέ κ' ἄτερ δμῶων πόλεμον φθισήνορα δύης,
οὐκέθ' ὁμῶς τιμῆς ἔσσει πόλεμόν περ ἀλαλκίων.

Non adiectivum esse hanc vocem, scribit van Leeuwen, (pro τιμῆς = τιμήεις, cf. Σ 475 et ad M 201) ex v. 607 sq. satis apparet. Quomodo id apparere possit e verbis

Φοῖνιξ, ἄττα γεραιέ, διοτρεφές, οὐ τί με ταύτης
Χρεῶ τιμῆς φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴση
meum quidem captum superat, neque intellego quid intersit inter sententiam honoratus eris (τιμῆς ἔσσει) et honoraberis (τιμήσε' ἄρα), quod poetae reddendum putavit collega Leidensis, in cuius coniectura praeterea parum placet additum ἄρα. Ad formam contractam quod attinet conferatur etiam τεχνήσσαι η 110, et ad locutionem σ 160 sq.

I 678 κείνός γ' οὐκ ἐθέλει σβέσσαι χόλον, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
πιμπλάνεται μένεος, σὲ δ' ἀναίνεται ἠδὲ σὰ δῶρα.

Idem annotat 'πιμπλάνεται forma inaudita et suspecta; audacius Nauck οιδάνεται μένει'. Fortasse acu rem olim tetegit Dindorf proponens πίμπλασθαι. Is enim qui dicitur *nolle iram suam restinguere*, apte dici potest *velle magis illa impleri*. Ulixes Achillem insimulat, quod dedita opera irae suae indulgeat.

K 572 αὐτοὶ δ' ἰδρῶα πολλὸν ἀπεννίζοντο θαλάσση
ἐσβάντες κνήμας τε ἰδὲ λόφον ἀμφὶ τε μηρούς.

Mireris primum commemorari *crura*, deinde *cervicem*, postremo *femora*. Alibi aptius iunguntur μηρούς τε κνήμας τε (Θ 135), μηροὶ — κνήμαι — σφυρά (Δ 147), κνήμαι καὶ γούνα (Ξ 463), γούνατά τε κνήμαί τε πόδες τε (Ρ 386). Praeterea vero nullum novi locum neque Homeri neque seniorum, ubi λόφος vocetur *cervix humana*. Ferre talia debemus, laudare non possumus.

Λ 32 ἄν δ' ἔλετ' ἀμφιβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα θοῦριν
καλήν, ἣν πέρι μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ἦσαν,
ἐν δέ οἱ ὀμφαλοὶ ἦσαν ἑείκοσι κασσιτέριοι
λευκοί, ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο.

Duos ultimos versus violenta mutatione sic refingit van Leeuwen:

ἐν δέ ε' ἔσαν λευκοὶ ἑείκοσι κασσιτέριοι·
ὀμφαλὸς ἐν μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο.

Ut taceam de ultimi versiculi asyndeto vix ferendo, vereor ne tanta mutatione Scyllam vitantes in Charybdi in incidimus. Scire enim pervelim, quid sibi velint viginti isti orbes in scuto, si recte (quod vix dubitari posse videtur) κύκλοι illi δέκα in praegresso versu habentur pro stratis rotundis (πτύχες), e quibus clipeus constat. Omnino conferendus est *Helbig, d. Hom. epos*, pag. 224 sqq., imprimis vero quae scripsit pag. 226. 'Vergleichen lässt sich ein in Dänemark gefundener Bronzeschild, dessen Mitte ein grösserer Omphalos einnimmt, während kleinerer und herum auf der Schildfläche eingebracht sind'. Unam rem concedere possum Leeuwenio, non recte v. 35 deesse numerum εἷς, nec formam ξεις, quam fuere qui pro ἔην reponerent, ferri posse. Vide num fuerit:

λευκοῖ, ἐν δὲ μέσοισ' εἷς ἦν μέλανος κυάνοιο.

Λ 309 ὡς ἄρα πυκνὰ καρήαθ' κτέ.

Obiter corrigatur calami error in Ebelingii Lexico vol. II pag. 250 A, v. 2: 'Adi. πυκνός semper cum arsi prioris syllabae, plerumque *post* subst. — πυκινός plerumque *ante* subst.' Transponenda enim utraque praepositio.

Λ 377

διὰ δ' ἀμπερὲς ἰός

ἐν γαίῃ κατέπηκτο. ὁ δὲ μάλα ἡδὺ γελάσσας κτέ.

'Probabiliter Nauck γαίῃ ἐνεστήρικτο, coll. Φ 168' iudicat van Leeuwen. Gravissima tamen mutatio. Quid autem lenitur corrigi vetat ἐν γαίῃ κατεπήχθη, coll. Θ 298 πάντες δ' ἐν χρο' ἔπηχθεν ἀρηιθῶν αἰζηῶν? Ad ipsius verbi usum cf. K 374. Λ 572. Π 772. Υ 283. Χ 276. Ψ 877.

Λ 621 τοὶ δ' ἰδρό' ἀπεψύχοντο χιτῶνων

i. e. *sudorem, quo tunicae maderant.*

Aliquanto aptius me iudice hoc dictum est quam μετώπων, quod coniecit Naber. Parum enim expediebat siccare frontem, si reliquum corpus sudore manabat, neque ut illud facerent, opus erat, ut arbitror, στήναι ποτὶ νιοῖν παρὰ θίν' ἄλός.

Od. β 76 εἰ χ' ὑμεῖς γε φάγοιτε, τάχ' ἂν ποτε καὶ τίσις εἴη·

τόφρα γὰρ ἂν κατὰ ἄστυ ποτιπτυσσοίμεθα μύθω

[χρήματ' ἀπαιτίζοντες, ἕως κ' ἀπὸ πάντα δοθείη].

νὺν δέ μοι ἀπρήκτους ὀδύνας ἐμβάλλετε θυμῷ.

Tam vitiosa apud Homerum forma ἕως pro ἦος, quod numeris excluditur, quam verbum non Homericum ἀπαιτίζειν faciunt ut suspectum habeam hunc versum, quo optime carebimus, quia e contextu audiri potest sententia correlativa ὄφρα κε τίσις εἴη.

Od. α 380 = β 145 νήποινοί κεν ἔπειτα δόμων ἔντοσθεν ὄλοισθε.

Praeterquam in hoc uno versu adiectivum νήποινος apud Homerum nusquam occurrit hic autem eodem sensu usurpatur, quo apud seniores adverbium νηποινεί. Reliquis locis omnibus est adverbiale νήποινον: α 160. 377. β 142. Ξ 377. σ 280.

Od. β 294 τῶν μὲν τοι ἐγὼν ἐπίοψομαι ἢ τις ἀρίστη.
Forma suspecta pro ἐπόψομαι recurrit Π. I 167

εἰ δ' ἄγε, τοὺς ἄν ἐγὼν ἐπίοψομαι, οἱ δὲ πιθέσθων.

Nam ἐπόψομαι est Ξ 145, υ 233, ἐποψόμενον η 324, ἐποψόμενος τ 260. 597; ψ 19 et ἐπόψοι Γ 42. Num forte utrobique corrigendum ἔγωγε ἐπόψομαι, quod mutare potuerunt grammatici de hiatu, propter caesuram legitimo, male solliciti? Eadem est dubitatio P 381

τὼ δ' ἐπισσομένω θάνατον καὶ φύζαν ἐταίρων
νόσφιν ἐμαρνάσθην

ubi conicere possis: τὼ δ' ἄρ' ἐποσσομένω κτέ.

β 308 ἔς Πύλον ἠγαθήην μετ' ἀγαυοῦ πατρὸς ἀκούην.

Ante caesuram bucolicam praetulerim vetustam formam, quae dactylum praebet, ἀγαυόο. Aliis locis non ita paucis eadem ratione haec genetivi forma ante bucolicam diaeresin restitui potest.

δ 704 δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε = P 695.

Revocanda utroque loco aliorum codicum lectio unice vera ἀφασίη, quam optime Nauckius in Iliade recepit, hic vero neglexit. Absurdam formam ἀμφασίη finxerunt grammatici de metro temere solliciti. Constat enim veteres epicos in vocabulis a tribus brevibus syllabis incipientibus primam producere, ut in ἀπονέεσθαι aliisque. Etiam novissimus Odysseae editor *Cauer* servavit ἀμφασίη. Complures adhuc loci eodem vitii genere laborant, velut β 424 (cf. ο 289. Ω 434)

ἴστων δ' εἰλάτινον κοίλης ἔντοσθε μεσόδμης
ubi verum est ἐλάτινον. Altera forma aequae prava est atque forent εἰλάτη, εἰλατήρ, εἰλατον, εἰλατρέυς, εἰλαύνειν. — Id genus compluria bene correxit van Leeuwen in sua Iliadis editione.

ε 97

αὐτὰρ ἐγὼ τοι

νημερτέως τὸν μῦθον ἐνισπήσω.

Sic quoque τ 269

νημερτέως γάρ τοι μυθήσομαι κτέ.

Licet minime assentiar Leeuwenio synizesin Homero prorsus abiudicanti, non tamen credo epico ea usos esse ubi nulla eos cogeret

necessitas. Utrobique igitur nescio an vera lectio sit νημερτές, quod adverbium non adiectivum esse videtur A 514. Ξ 470. γ 101. 327. λ 112. 148. χ 166. ψ 135. Sic νωλεμές ponebant, ubi metrum minus admitteret νωλεμέως. Praeterea cf. έμμενές, συνεχές, άσπερχές, άζηχές, alia. Similiter άστεμφές requiro pro άστεμφέως in v. δ 419 = 459

ήμεις δ' άστεμφέως έχομεν τετληότι θυμῷ
quia brevis syllaba ante caesuram in arsi producitur. Quin autem άστεμφές adverbium sit Γ 219 non dubito.

ε 248 γόμοφοισιν δ' άρα τήν γε [νῆα sc.] και άρμονίησιν
άρασσεν.

Quid sit γόμοφοισι και άρμονίησι ναύν άρασσειν (i. e. tundere, pulsare, confringere) non optime perspicio. Ope variarum lectionum άρηρεν et άραρεν γεροναν, quod loci ratio postulare videtur:

γόμοφοισι δ' άρα τήν γε και άρμονίησ' άράρισκεν.

Forma exstat Ξ 23.

Ζ 182 οὐ μὲν γάρ τοῦ γε κρείσσον και άρειον
ἢ ὄθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον έχητον
άνηρ ήδὲ γυνή· πόλλ' άλγεα δυσμενέεσσι
χάρματα δ' εὐμενέτησι· μάλιστα δέ τ' έκλυον
αὐτοί.

Teneo veterem meam coniecturam εὐμενέεσσι, sed reliqua emendatio nec mihi neque aliis adhuc cessit. Nunc propono:

μάλιστα δὲ τοὺς τέκον αὐτοί.

praesertim vero liberis.

Ad τίκτω de utroque parente usurpatum cf. X 53. 234. 485.

Ω 727. δ 64. η 55. θ 454 al.

η 92 [κύνες] οὐς Ἥφαιστος έτευξε μιδυιῆσι πραπίδεσσιν
δῶμα φυλασσέμεναι μεγάλητορος Ἄλκινόοιο
άθανάτους ὄντας και άγήρωσ ήματα πάντα.

Bekker ultimum versum spurium putabat et confictum ope v. ε 136, nec fortasse iniuria. Si quis tuetur, formam novitiam ὄντας removere possit coniciendo άθανάτους οὐρούς, i. e. φύλακας. Eadem tamen forma exstat τ 488

εἴ χ' ὑπ' έμοί γε θεός δαμάσῃ μνηστήρας άγαυούς,
οὐδὲ τροφοῦ οὐσης σεῦ άφέξομαι, κτέ.

ubi conieci:

οὐδὲ τροφοῦ' αὐτῆς κτέ.

η 195 μηδέ τι μεσσηγύς γε κακόν και πήμα πάθησιν,
πρίν γε τὸν ἦς γαίης έπιβήμεναι.

Abundat pronomen τόν, quia subiectum non mutatur, et ἦς caret littera Aeolica. Fortasse fuit:

πρίν γε ἔῆς, i. e. πρίν γε σε.Ϝῆς.

Cuius formae compluria apud Homerum vestigia superesse constat. Cf. v. c. θ 524

ὅς τε ἔῆς πρόσθεν πόλιος λαῶν τε πέσῃσιν.

Similiter primitiva forma σύπνος hiatum explicat κ 68: ἄσάν μ' ἔταροί τε κακοὶ πρὸς τοῖσιν τε ὕπνος, et σίζω hiatum in μεταϊζέμεν π 362.

Ceterum possis etiam conicere

πρίν γ' ἔτι Ϝῆς κτέ.

coll. v 326 πρίν γ' ἔτι σῆς ἀλόχου πειρήσεται.

λ 363 ᾧ Ὀδυσσεῦ, τὸ μὲν οὐ τί σ' εἴσκομεν εἰσοράοντες
ἠπεροπήα τ' ἔμεν καὶ ἐπικόλοπον, οἶά τε πολλοὺς
βόσκει γαῖα μέλαινα πολυσπερέας ἀνθρώπους
ψεύδεά τ' ἀρτύνοντας, ὅθεν κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο.

Manifeste sententia postulat

ὅθεν κέ τις οὐδ' οἶοιτο

unde quis ne suspicaretur quidem.

μ 105 τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνῆσιν ἘΠ' ἤματι.

Sic K 48. T 229. β 284. ξ 105. Quia vero constat Aristarchum primo horum locorum legisse EN ἤματι, eandem lectionem ceteris quoque locis eum probasse veri est simile. At cf. N 234 et T 110 ἐπ' ἤματι τῷδε.

ν 84 ᾧς ἄρα τῆς πρῶρη μὲν αἰείρετο, κύμα δ' ὄπισθεν
πορφύρεον μέγα θύε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Optime olim absurdam librorum lectionem πρύμνη correxit Rochefort. Restat tamen seria difficultas in genetivo τῆς (scil. νηός), quia πρῶρη non aliter quam πρύμνη Homero adiectivum est, non substantivum. Nulla tamen causa est cur propterea pulchram comparisonem (82—85) pro spuria habeamus cum Grashoffio. Nam in promptu est lenis correctio

ᾧς ἄρα νηὺς πρῶρη μὲν αἰείρετο κτέ.

ν 79 καὶ τῷ Ϝήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἐπιπτεν
νήγρετος ἠδιστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.

Offensione non caret ἠδιστος post ἠδυμος, sed quid sub eo lateat non reperio.

ν 137 πόλλ' ὄσ' ἂν οὐδέποτε Τροίης ἐξ ἦρατ' Ὀδυσσεύς.

Verius existimo ἦρετ', ab ἄρνωμαι. Verbum αἶρω pro αἰείρω non est Homericum, neque igitur Aoristi sunt ἦρα et ἠράμην.

π 387 εἰ δ' ὑμῖν ὄδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ βόλεσθε
αὐτόν τε ζῶειν καὶ ἔχειν πατρώια πάντα.

Nauckii (Mélanges IV p. 147) coniectura ἀπέσσαδε violentior videtur neque admodum placet Aoristus. Malim

εἰ δ' ὑμῖν μῦθος ἀποφανδάνει κτέ.

nam pronomen demonstrativum hic non magis necessarium quam
ν 16 ὡς φατο Ἀλκίνοος, τοῖσιν δ' ἐπιφάνδανε μῦθος.

cf. π 406. φ 143. 269. υ 247. σ 50. 290 al.

ρ 10 τὸν ξεῖνον δύστηνον ἄγ' ἐς πόλιν, ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι
δαῖτα πτωχεύῃ.

Etsi procul abest ut cum Leeuwenio voculam ἂν carminibus
Homericis prorsus abiudicem, hic tamen quin ὄφρα κε κεῖθι
corrigendum sit non dubito, quia hoc unico loco occurrit ἐκεῖθι
pro κείθι. Eadem constantia ubique est κείθεν et κείσε, nusquam
prae fixa vocali. Contra ἐκείνος, etsi rarius, apparet tamen pro κείνος.

ρ 195 δὸς δέ μοι, εἴ ποθί τοι βόπαλον τετμημένον ἐστίν
σκηρίπτεσθ', ἐπεὶ ἦ φατ' ἀρισφαλέ' ἔμμεναι οὐδόν.

Huius unico loco Homericico insidet forma pseudo-ionica οὐδός
pro ὀδός, qua Herodotus dudum liberata est. Num forte corrigendum

ἐπεὶ ἦ φατ' ἀρισφαλές ἔμμεναι οὐδας

i. e. calcandum viatoribus *solum*.

σ 46 ὀππότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται,
τάων ἦν κ' ἐθέλῃσιν ἀναστὰς αὐτὸς ἐλέσθω.

Molestum est ἀναστὰς. Victor enim non cadit, neque ante
praemium acceptum consessurus erat, ut arbitror. An fuit:

ἦν κ' ἐθέλῃσι παραστὰς κτέ.

postquam accesserit, ad eum sc. qui praemia distribuet?

σ 160 ὅπως πετάσειε μάλιστα

θυμὸν μνηστήρων.

πετάσειε quamquam nove dictum sanum videtur.

Recte Eustathius: διαχέοι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν διαπετα-
νυμένων σωμαίων. Varia lectio θέλξειε manifestum glossema
est, sumtum e vss. 212 et 282.

σ 318 ἦν περ γάρ κ' ἐθέλωσιν κτέ.

φ 98 dicitur de Antinoo

ἦ τοι ὀιστοῦ γε πρῶτος γεύσεσθαι ἔμμελλεν
ἐκ χειρῶν Ὀδυσῆος ἀμύμονος, ὃν τότε' ἀτίμα
ἦμενος ἐν μεγάροις.

Correctionis Cauermanae, quam in textum recepit, ἦμενον
nullam video necessitatem. Neque acrimonia caret ἦμενος dictum
de eo qui tranquillus in alienis sedet aedibus tanquam suis.

χ 84 dicitur de Eurymacho vulnerato

περιρρηδῆς δὲ τραπέζῃ
 κάππεσεν ἰδνωθεῖς, ἀπὸ δ' εἶδατα χεῦεν ἔραζε
 καὶ δέπας ἀμφικύπελλον· ὁ δὲ χθόνα τύπτε
 μετώπῳ.

Villoison 'Vulnere accepto letali pronus in mensam cecidit, qua pro clipeo utebatur [cf. ἀντίσχεσθε τραπέζας v. 73], unde fieri debebat ut cibi et poculum effunderentur humi'.

At scire equidem pervelim quo pacto in illa mensa, quando pronus in eam cecidit, adhuc stare potuerint cibi poculumque, quae simulac mensam homo clipei instar sustulit exciderint necesse est. Hac igitur de causa probabile puto, verba ἀπὸ — ἀμφικύπελλον hic stolidè interpolata esse ex v. 20 ἀπὸ δ' εἶδατα χεῦεν ἔραζε, et locum sic esse constituendum:

περιρρηδῆς δὲ τραπέζῃ
 κάππεσεν ἰδνωθεῖς ἢ δὲ χθόνα τύπτε μετώπῳ.
 χ 252 ἄλλ' ἄγεθ' οἱ ἔξ πρώτοι ἀκοντίσατε, αἳ κέ ποθι Ζεὺς
 δῶμῃ Ὀδυσσῆα βλήσθαι καὶ κύδος ἀρέσθαι.

Perdura structura, ut praegresso Ὀδυσσῆα ad ἀρέσθαι audiatur ἡμᾶς, cum tamen poetae numeri permitterent, ut scriberet caneretque:

δῶμῃ Ὀδυσσῆα βαλέμεν καὶ κύδος ἀρέσθαι.
 brevem enim syllabam ante caesuram semiquinariam vi arsius produci notum est.

χ 424 sqq. de ancillis dicit Ulixes:

τάων δώδεκα πᾶσαι ἀναιδείης ἐπέβησαν
 οὔτ' ἐμὲ τίουσαι οὔτ' αὐτὴν Πηνελόπειαν.
 [Τηλέμαχος δὲ νέον μὲν ἀέξετο, οὐδέ ἐ μήτηρ
 σημαίνειν εἶσκεν ἐπὶ δμῶσιν γυναιξίν.]

Duo ultimi versus, qui nihil significant, nisi inde efficere licet ancillas istas non contumeliose tractasse Telemachum, manifeste spurii sunt, quippe qui pugnent cum ipsius Telemachi verbis χ 462:

μῆ μὲν δὴ καθαρῶ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἐλοίμην
 τάων, αἳ δὴ ἐμῆ κεφαλῇ κατ' ὄνειδα χεῦαν
 μητέρι θ' ἡμετέρῃ, παρά τε μνηστῆρσιν ἴαυον.

Sero autem poetastro facile concedemus istud σημαίνειν ἐπὶ δμῶσιν, in quo iure haesit Nauekius.

Traiecti a. Rh.

H. van Herwerden.